



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt omnes perfectæ ætatis ieiuni ad confirmationem veniant. lx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De inordinato si quasi ordinatus baptizare presumpserit. Cap. LVIII.

Ex decr. Hormisdæ papa, cap. 4. **S**I quis baptizat, aut aliquid diuinum officium exercit per temeritatem non ordinatus, abiiciatur ab ecclesia, & nunquam ordinetur.

Vt presbyteri populum admoncant vt suos infantulos ad confirmationem episcopo presentent.

Caput LIX.

Ex cõcil. Vvormaciæ, ca. 2. **A**Nnuncient presbyteri populis, vt quam citantur presentari faciant. Quod si neglexerint, & presbyteri populus canonicis disciplinis subiaceant.

Vt omnes perfectæ ætatis, ieiuni ad confirmationem veniant. Cap. LX.

Ex cõcil. Aureliæ, cap. 5. **V**T ieiuni ad confirmationem veniant perfecte ætatis, & moneantur confessiones facere prius, vt maius donum sancti spiritus valeant accipere, & quia non Christianus, nisi confirmatione episcopali ritus christum.

De duobus sacramentis, id est, baptismo & manus impositione. Cap. LXI.

Melchior papa Hispaniarum episcopis hæc scribit, ca. 6. **D**E his verò super quibus rogastis vos informatus est, vtrum maius esset sacramentum manus impositionis episcoporum, aut baptismus, scitote vtrunquæ unum esse sacramentum. Et sicut vnum à maioribus perficitur, à summis pontificibus quod à minoribus perficitur potest, ita & maiori veneratione venerandum & tenendum est. Sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt inuicem nisi morte praueniēte nullatenus possint separari, & vnum sine altero ritè perfici non potest.

Vt omnes Christiani ad confirmationem festinent. Cap. LXII.

Ex concilio Vvormaciæ, cap. 6. **V**T ad prædicationem & confirmationem episcoporum omnes deuote conueniant, eique fideliter ministrant, & obediunt.

Item de manus impositione. Cap. LXIII.

Eusebius papa fratribus per **M**ANUS quoque impositionis sacramentum maiori veneratione tenendum est, quod ab aliis perficitur potest, nisi à summis sacerdotibus. Nec tempore ap-